UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XLVII. De Purificatione post partum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

ceſſitas ex inopia annonæ & infirmita- *d. c. 2. circa finem.*
e ſeu debilitate jejunantium orta, majo-
is periculi evitandi cauſſa.

2. In quibus conſiſtit obſervatio Jejuniorum?

In his tribus. In abſtinentia a certi generis cibis: in abſtinentia a pluribus refectionibus, & in certa refectionis hora, quæ hodie ex conſuetudine paſſim recepta eſt circa meridiem.

(Iſthæc abſtinentia, neque ratione ciborum, a quibus abſtinetur, neque ratione temporis nec tione formæ abſtinendi, jejunium dici. meretur. Et diſcrimen ciborum haud probandum ſſe, jam ſupra monuimus. Quid enim ad religionem aut devotionem excitandam proderit ertos inhibere cibos, & concedere alios non minus ad Venerem, ad ingluviem, ad ignaviam & torporem facientes. Add. *1. Tim. 4. 3.*)

De Purificatione poſt partum.

TIT. XLVII.

1. Quid hac de re ſtatuit lex Moſaica?

Lege illa mulier poſt partum immunda habebatur & propterea, ſi maſculum peperiſſet, arcebatur a templi ingreſſu XL. diebus, ſi vero fœminam LXXX.

2. Quid lex Evangelica?

Hæc lex abrogavit legem Moſai[cam] neque enim prohibetur amplius m[ulier] etiam ſtatim poſt partum ingredi t[em]plum, ne pœna illi converti videantur
v.un.c.h.t. culpam, quaſi pariendo peccaſſet, tamen facit mulier, ſi aliquantiſper ab [in]greſſu in templum abſtineat.

De Eccleſiis ædificandis & reparandis

TIT. XLIIX.

Porro Eccleſiæ, in quibus divina perag[un]tur, ruinoſæ ſunt reparandæ & nov[æ] etiam ædificandæ, ſi hoc neceſſitas & cauſſa gravis poſtulet.

1. Quando igitur licebit novam Eccleſiam ædificare?

c.3.h.t. SI antiqua Eccleſia parœcialis ita cre[ve]rit, ut una omnibus non ſufficiat, [vel] quia multi longius abſint ab Eccleſia pa-
c.ult.eod. rœciali, vel quia tam frequens ſit popu-lus, ut pluribus egeat Sacerdotibus ac Paſtoribus: quo caſu & portio quædam proventuum Eccleſiæ antiquæ poteſt aſ-
d.c.3. d.c. ultim. ſignari novæ. Non obſtante juramento de rebus Eccleſiæ non alienandis, qu[ia] hic caſus non intelligitur illo juramen[to] fuiſſe comprehenſus; eſt enim juramen-tum ſtricte interpretandum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN